

Rheinisches Urkundenbuch (Ed. Wisplinghoff) Nr. 46

Domino sancto ac venerabili in Christo fratri Gisoni diacono atque abbati Helmgarius. Admonet nos domini prudentia, dum in praesenti commoramur seculo, aliquid pro remedio animae nostrae debemus ad cogitare, ut, quando quidem de hac luce iusserit emigrare, participes cum aliis christianis mereamur esse in paradyso. Et credimus nobis pro bonis commendare operibus, quotiescunque aliquid ad loca sanctorum concedimus atque donamus. Pro dei intuitu vel pro mercedis augmento vel remedio animae nostrae cedimus ad basilicam sanctorum Cassii et Florentii sociorumque eorum sub oppido castro Bonna constructa in villa, cui vocabulum est Briubach, id est super fluvium Reni vineam I cum curtile vel casa et terra aratoria, silva vel prata, quantum ad ipsam curtim vel vineam pertinere videtur etc.

Actum publice castro Bonna sub V kal. augusti anno II regnante domino nostro Clodoveo rege feliciter.

Signum Helmgarii, qui concessionem istam fieri rogavit. Signum Goderami.